

NvK an den gesamten Klerus seiner Diözese Brixen. Er beruft angesichts der Gefährdung des christlichen Glaubens durch die Türken für den 25. November 1455 eine Diözesansynode nach Brixen ein und befiehlt allen Adressaten, auch denjenigen, die sich als exempt betrachten, persönlich oder vertreten durch einen Prokurator am Vortag nach Brixen zu kommen und bis zum Ende der Synode zu bleiben. Er verbängt die Exkommunikation über diejenigen, welche sich seinem Befehl widersetzen und verfügt die öffentliche Verkündigung der Urkunde.

Kopie (gleichzeitig): STAMS, StiA, H XIII Nr. 2¹); (C. Primisser, Additiones ad Annales Stamsenses, 18. Jb.): STAMS, StiA, Hs. 130 IV, f. 193^v (ex cyrographo coevo).

Notiz (C. Primisser, Annales Stamsenses, 18. Jb.): STAMS, StiA, Hs. 129 III p. 9 § 28.

Druck: Bickell, Synodi Brixinenses 70f.; Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 76-80 (mit Datum 7. November 1457).

Deutsche Übersetzung: Baum/Senoner, Briefe und Dokumente II 77-81.

Erw.: Sparber, Brixner Fürstbischöfe 147; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 157.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis, episcopus Brixinensis, universis et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis necnon quarumcumque ecclesiarum parrochialium rectoribus, plebanis, viceplebanis, vicariis seu eorum locatenentibus ceterisque animarum curam regentibus quibuscumque per civitatem et diocesim nostras Brixinensem ubilibet constitutis salutem in domino.

Onerosa pastoralis officii cura nos admonet excitatque propensius mentem nostram, ut sanctorum patrum statuta et apostolice iussiones ac quicquid dei laudem fideique nostre conservacionem, animarum salutem ecclesiarumque et monasteriorum ac personarum nobis commissarum utilitatem, animorum concordiam et vite puritatem 10 concernit, debite fiant et observentur; quod autem correctione dignum est, eciam nostre operacionis ministerio emendetur. Ad hoc autem, cum sancte synodi, eciam episcopales, institute et frequentari mandate sint cumque eciam ex frequenti, ymo inculcata fere omnium relacione audire non cessamus, quomodo ex divina permissione et certe peccatis nostris exigentibus Turcus ille Machmet²) crucis Christi et fidei 15 nostre inimicus in omnimodam ipsius nostre orthodoxe fidei destruccionem totis viribus et vigilanter laborare non cessat, ita ut tota Christianitas et omnium status in maximo periculo consistunt, nisi occurratur et divina misericordia ad nos oculos sue pietatis convertat; quod ut facere dignetur, eciam nos, quorum pro sacerdotali officio maxime interest, lingua et vita, prout oportet, redemptorem nostrum cottidie interpel- 20 lare debemus.³) Nam si Christiani sumus, si katholici sumus, si cura nobis est proprie salutis, non pigritandum nobis est, sed omnes, parvi et magni, quantum divina gracia concesserit, totis viribus et facultatibus contra huiusmodi perfidum fidei nostre et crucis Christi inimicum occurrere debemus et vitam nostram eciam emendare, ne omnipotens ,gladium suum contra nos amplius vibret, arcum tendat et in eo paret vasa 25 mortis⁴).

Nos, qui eciam de speciali sanctissimi domini nostri pape mandato⁵), qualiter dicto perfido crucis Christi et fidei nostre inimico resistetur et occurratur, proinde et facultates expetere tenemur, synodum episcopalem in nostra civitate Brixinensi pro hiis et

30 aliis premissis ipsa die sancte Katherine virginis proxime futura (27. November) cele-
brandam instituímus et eciám indicimus per presentes. Quocirca vobis omnibus et
singulis supradictis, eciám illis, qui se forsán a nobis exemptos esse putaverint, aposto-
lica, qua in hac parte fungimur, aliisque prefatis nostra ordinaria auctoritatibus in
virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis sentencie pena, quam ferimus in
35 hiis scriptis, districte precipiendo mandamus, quatenus in vigília ipsius sancte Kathe-
rine (24. November), que erit vicesimaquarta dies presentis mensis novembris, pro cele-
bracione huiusmodi sancte synodi, que ‚agri dominici precipua cultura est‘⁶⁾, in prefata
nostra civitate Brixinensi et curia episcopali personaliter aut legitimo existente impedi-
mento per procuratorem vestrum super premissis plenarie et legitime constitutum
40 conveniatis et compareatis ibidem permansuri usque ad finem et quousque sancta
opera, que in ipsa sancta synodo agenda erunt, perfecta fuerint nec inde recessuri sine
nostra licencia speciali sub pena antedicta. Et ne aliquis vestrum de premissis ignoran-
tiam valeat pretendere aliquomodo, volumus et presencium serie decernimus huius-
modi nostras litteras eciám valvis ecclesie nostre Brixinensis affigi et ibidem publicari
45 debere. De execucione vero earumdem nostrarum litterarum notarii, qui easdem
affixerit, et nuncií, qui illas vobis notificaverit, relacioni stabimus.

Datum in civitate nostra Brixinensi mensis novembris die septima anno domini
millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto.

36 que: *folgt gestr.* h. 45 earumdem: *em.* de erumdem. | litterarum: *folgt gestr.* nota q.

¹⁾ Die Kopie befindet sich auf der Rückseite einer Einladung B. Bertholds von Brixen an den Abt Johann von Stams vom 5. April 1419 zu einer auf den 7. Mai 1419 angesetzten Brixner Diözesansynode. Eine andere Hand, möglicherweise Abt Georg Ried von Stams, fügte am Rand folgende Bemerkung hinzu: Olim in speciali, ut venire dignarentur, predecessores nostri rogabantur et nichilominus istud, quod hic ponitur, allegabatur. Et nunc eciám per dominum cardinalem serius allegatur. Dieselbe Hand notierte links am Rand der Kopie von Nr. 4584: Hec est copia vocacionis ad synodum ultimate celebratam. Copiam vero vocacionis ad proxime futuram synodum (nämlich zur Synode am 2. Mai 1457) non habemus, sed sciat p. v. r., quod simpliciter scribit d. cardinalis, nulla ut hic de sedis apostolice auctoritate nec eciám de exemptis habita mencione (s. Z. 32f.). Der Abt von Stams war nämlich wegen Nichterscheinens auf der Synode von 1457 exkommuniziert worden. Vgl. Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 158-162. Zu dieser Synode s. künftig AC II 5.

²⁾ Mehmet II., türkischer Sultan.

³⁾ Im Folgenden wird der predigthafte Charakter dieses Teils des Ladungsbriefts besonders deutlich.

⁴⁾ Vgl. Ps. 7,13.

⁵⁾ Offenbar leitete NvK aus seinem Legationsauftrag für England, welcher ihm die Förderung des Türkenkrieges auch für die zu durchquerenden Reichsteile aufgab (s.o. Nr. 4512, 4516, 4540 und 4541), ein spezielles apostolisches Mandat zur Abhaltung einer Brixner Reformsynode ab. Die Argumentation folgt einem klassischen Topos der Kreuzzugs- und Türkenbetorik, welches den militärischen Erfolg gegen äußere Feinde an die vorbildliche christliche Lebensführung im Inneren knüpfte.

⁶⁾ Die Formulierung entstammt der Arenga des berühmten Dekrets ‚Frequens‘ des Konstanzer Konzils, welches eine regelmäßige Abhaltung von Generalkonzilien vorschrieb. Vgl. COGD II 1, 608 Z. 1618f.